UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin

Antverpiæ, 1627

Ad R. P. Martinvm Mertz Magistrum Nouitiorum Auctorem Libri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

Visual Library

AD LECTOREM.

PERLEGE *quam vixit vitam, ſi noſcere tantùm;*
Sin, quam nunc viuit, viuere vis, PERAGE.

AD R. P. MARTINVM MERTZ Magiſtrum Nouitiorum Auctorem Libri.

NOSTRAM *non poteras meliùs componere vitam,*
Quàm deſcribendo, quàm pia Fratris erat.
Antiquos etenim ſi quos tulit vltima Scetis,
Thebais aut aluit quos veneranda Patres,
Nobis proponas; quædam admiranda videmus,
Acta Dei nutu, non imitanda tamen:
Sed Iuuenem noſtrum, noſtros qui viderat annos,
Si monſtres, talis quilibet eſſe poteſt.
Nec ſcio qua ratione magis quæ proxima ducunt,
Quodque vides fieri, te quoque poſſe putas.
Sic ergo ſcripta hæc, ſic acta eſt vita, volenti
Difficile vt non ſit, quod fuit ille, fore.
Quem fructum exſpectas Pater? Hunc: queis turpe relinqui eſt,
VVILHELMI *in vitam, quà data porta, ruent.*